 periti, qui auctorum aut proauorum nostrorum temp  
 tribus, vietum sibi describēdis libris quaeritabant, que  
 perperam scripserint, non delere: ne libros suos, mul  
 tis litoris deformatos, minus vendibiles redderent,  
 iterūmue totas paginas describere cogerentur : sed ip  
 ut erant omissis cetera persequi. Atque ea res imm  
 merabilem errorum copiam in omne scriptorum ge  
 nus inuexit.

Xenophontis loci duo emendati. C A P. X.

LIBET hoc loco proferre conjecturam meam de  
duobus locis Xenophontis è primo ~~évalcato~~: de  
quibus dubiū non habeo, quin & in omnibus usque  
in hunc diem editis libris corruptè legantur, & tuto  
facile corrigi possint. Eorum primus est, vbi Cy-  
rus in Ciliciam transit, superatis montibus in quibus  
Sennelis præsidium collocarat. Cùm enim Cilices  
primam Cyri aduentantis famam sese in fugam  
tollerent, sine ullo negotio Cyrus & metes conscen-  
deret, & Cilicum castra cepit. Ibi Xenophontis verbo  
dicit: Κρήτην δὲ τὰ ὄρη, ἡδερὸς καλύπτον, καὶ εἰδε  
τερυλικὸς οἱ Κιλικες. Quid autem attinuit  
dicere eum, superatis montibus, vidisse castra quæ  
Cilicum fuerant? Certè enim ita necesse fuit, nisi aut  
causa fuisset, aut clausisset oculos. Sed nos quoque  
tri, opinor, fuerimus, nisi videamus, εἶτε, non εἴδε  
legendum esse. Alter locus est, vbi Cyrus ac flumen  
Cialum peruenisse dicitur, cuius pisces Syri, ut &  
lumbas, pro dijs habebat. Ibi enim ita legimus: Αἱ δὲ  
ισχίαι εἰς τὸν Κιλικίουν, Περισάπεδος νόον, εἰς ζώια δεδομέ-  
να. Sed mihi excuti non potest, quin ζώια, non ζώια  
legere oporteat: ut dicamus eam totam regionem re-  
gione Parystidi in cingulum adtributam fuisse. Re-  
gins enim Persarum multa oppida, multæque regio-  
nes in singulas mundi muliebris partes adtribui so-  
lbant: verbi causa, in strophium, in amiculum, in cin-  
gulum, in sandalia. Idque locupletissimus testis con-  
namat Plato in Alcibiade primo his verbis: ἐπεί μή  
τον εἰναι ἀνδρὸς διξιοτίου τῆς αἰγαίης οὐκέτω παρὰ βασιλέα,  
τον παρθένον χάραν πάντα πολλὰ καὶ αγαθὰ, ἐγρὺς ἡμερη-  
σίον, λιγνατεῖτες διπλαρίοις ζώιαν τοιανακα-

κόσ. ἐν δὲ τῷ οὐρανῷ πάντες καλύπτεται. Καὶ αὐτοὶ μηδί-  
λες τοτους καλύπτεται γάρ τις εἰς τὸν κόσμον ἐξεγενευμένη  
μακρός, καὶ ὄντος ματιῶν σχεῖν ἀκάστους τὸν πόνον τὸν ἔνατον τοῦ  
μαν. Sed & Lutetia Parisiiorum vescigal quoddam  
no impositum est, quod vulgo cingulum regine vocat.  
Sic Themistocli apud eosdem Persas quinque  
Magnesia, Lamplacus, Myus, Percope, & Palaeor  
in panem, vinum, opsonium, stragula & vestuum  
tributa fuisse dicuntur.

Suetonij in Calba unus, & alter in Ottone emendare  
illustratus locus. C A P. XI.

**M**IRAM & propè sordidam Galba Imperi-  
ris parsimoniā fuisse & Tacitus & Suetonij  
& alij tradiderunt. Cuius exempla multa cum re-  
lisset Suetonius, adiicit: Quare aduentus eius non per  
de gratia fuit: idq; proximo spectaculo apparuit. Siquid  
Atellanis notissimum canticum exorsis, Venit io simus a ve-  
la: cuncti simul spectatores, consentiente voce, reliquam pa-  
rem retulerunt, ac sepius versu repetito egerunt. Quae Te-  
nebus libro quinto Adversariorum emendatum  
se & explicaturum professus, nihil de suo adserit, ne  
io esse interiectionē exultantis omnibus notissimum  
Miror autem cur tantus vir, cum manus depravata  
loco admouisset, nihil protulerit, nisi quod pueri pro-  
lo grandiores in schola si ignorarent, cederetur. Ce-  
tè si nodus ille tam facile solui poterat, non tali vindicta  
ce indigebat. Quidam autem populus, iterando can-  
vocem quæ exulantium propria est, declarare pos-  
set, parum sibi gratum esse imperatoris aduentum.  
Sed nos tentemus, si uid melius possamus. Semper  
olim & libertis interdū nomina ex moribus ipsorum  
imponi solebant, atque id magis etiam siebat in co-  
medij.

nadij. Puto igitur in vetere Atellana vel seruum vel  
seruum dispensatorem fuisse, qui, quod frugi & par-  
cius, & dominis utibilis foret, ex re Onesimus vocare-  
tur. Serule autem illud nomen esse, etiam e S. Pauli  
utibilis notum est. Eum igitur conserui cum in Atel-  
lana fabula viderent redeuntem e villa, intelligerent  
que parcus sibi iam edendu ac bibendum fore, quod  
eis Onesimus dure contente que habiturus esset, ceci-  
berant. Venit Onesimus a villa: & addiderat, opinor, alia  
ad parsimoniam & seueritatem ipsius exagitan-  
dam perinerent. Eadem igitur illa cum in Galbam.  
qui super venerat, praeclarè conuenire videretur, po-  
pulus iocans crebro iterasse dicitur. Planè autem in  
libris legitur Venitone simus. quod testati sunt  
cum rebus & minimo negotio mendum tolli potuerit. Sed  
sepe fit, ut etiam perspicacissimos ea quæ sunt ante  
caulos posita, fugiant. Fuit autem ipsi Suetonio pater  
fortissimus, & spectatae virtutis: cuius nomen cum  
in libris decurtatum ac depravatum legatur, resti-  
nente, opera fuerit. Sic ergo legimus in Ottone: In  
fuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, tertie decima  
tribunus angusticlauius. Ita vulgo. At vidi ego li-  
brum qui carie & tineas senserat, in quo post nomen  
Suetonius foramen erat exiguum: deinde sequebatur li-  
bus & supra alia manu emendatum lenis: Omnino au-  
tem legendum est Paullinus. id enim ei verum cogni-  
men fuit. Testem in eam rem laudabo Tacitum, qui  
fortis viri neque nomen, neque virtutem tacitam esse  
fuit. Eius enim & saepè in annalibus & in Agricolæ  
vita per honorificam mentionem facit.

c 5

Aristo-

*Aristoteles è primo Politi corum Hippocratis & Celsi τροφῆς emendatii & illustrati loci.*

CAPUT XII.

**A**RISTOTELIS libro primo Politicorum ostendit que verae seruitutis causam in natura patitur esse: ita ut iij qui mente ac consilio valent, corpore & seruitutem sunt ad beatitudinem necessaria munera non iam Hippobili, natura facti sint ad imperandum: qui contra & lido ac robusto corpore, sed ingenio hebeti ac lido, etiam tantum ut imperata facere, non etiam ipsi, quid ageret, mendum sit, prospicere possint, eos natura ipsa eorum comprehendit, plus sapient imperio subiectissime videatur. Qui autem in bellis capti, aut alio modo in seruitutem redacti sunt, iij, si liberali sint ingenio, fortuna quidem ac conditione servi sunt, sed natura liberi. Suntigitur quidem in quibus liberi natura, quos in seruilem calus aliquis ab omnium duxit: sunt contra multi quos seruire oportet, quoniam dies natura servi sunt, qui melioribus & natura liberi in eadem perant. Neque omnis aut libertas, aut seruitus conaturam est: neque omnis congruens ac consentaneus. Sed ad ipsum eius disputationis finem ita pertinet, ut in libris emendatis à Victorio, & in alijs propriis: ὅν μὲν ἐχει πνεύματον οὐ αὐτοκάθιτον, οὐ καὶ μέτρον τοῦ φύσει δοδοῖς, οἱ δὲ λόγοι, δῆλοι. quae ita interpretantur Victorius: Continere igitur in se rationem quamdam hanc controversiam, & non esse, hos quidem natura seruos, hos autem liberos, planum est. Atqui Aristoteles nihil tam docere conatus est, in ijs quæ antecedunt, quam esse quosdam natura seruos, & quosdam natura liberos. Itaque in libris Aldiniis hoc modus agimus: οἱ εἰποῦσι οἱ μὲν φύσει δοδοῖς, οἱ δὲ λόγοι, id est

alios natura seruos, alios liberos. Sed ne hoc qui-  
ferri potest. Vtrumque enim docuit, quosdam  
natura, quodam præter naturam, & seruos & libe-  
ros esse. Verum igitur est, quod ego, cùm prius conie-  
corum etiam postea scriptum repperi in eis libris, quos Al-  
exandri Seruantes edidere: Υπερικαταστασιν οἱ μὲν φύσει δοῦλοι,  
ara politi δοῦλοι, id est, Et esse, & non esse alios quidem na-  
turae seruos, alios autem liberos. Similis locus est in li-  
bon falso Hippocratis De alimēto: qui ita lacerat mutilus  
contumaciam & Cardanus & ceteri, quos ego quidem vide-  
ac scilicet atatis nostræ medici, qui eum declarare volue-  
quid agunt, meras nugas attulerint. Ego autem eum ita in-  
eorum interpretabor, vt non verear, ne quis mihi illud obij-  
Qui autem dicitur δοῦλοι επαγγελματικοὶ & τεκτωνικοὶ. Exposuerat Hip-  
pocrates varias super tempore puerperii sententias,  
ac consequentia alijs quidem videri tempus id esse dierum  
ur quidem eni qui quidem efficiunt septem menses, si quis Aegy-  
aliquum deorum more, quem tum ferè sequebantur, trice-  
et, quique dies singulis mensibus tribuat: alijs trecentorum,  
liberis in eadem ratione efficiunt decem menses: alijs de-  
cūtus coram ccccxl: qui eadem ratione octo menses effi-  
cientur. Deinde ad hanc postremam opinionem respi-  
m italem, subiicit: εἰσὶ καὶ εἰσὶ ὄκτα μῆνες. Quæ verba quid sibi ve-  
tropoënt, ne Mopsus quidem aut Oedipus diuinaret. Le-  
gūται autem hoc modo: Εἰσὶ γάρ καὶ εἰσὶ ὄκτα μῆνες. Atque ita intelligendum esse quodammodo  
utrum odimestrum, & quodammodo non esse. Po-  
tem natu-  
ritatem  
interca-  
ploides  
nodo-  
id est.  
Ex  
quibus etiam Sabini verbis, conijcio, ubi apud Hip-  
pocratem

Lectio  
sectione

412 M. ANTONII MVRETI  
pocratem legimus ἐκπλαστον, legēdum εἰπεῖν. Ne  
quæ sequuntur, deprauata in Hippocratis libris  
quomodo emendanda sint, cognosci potest ēdū. Ne  
libri tertij capite xvi. vnde etiam sumpta sunt epo-  
dō attuli. vt mirū sit ea tamdiu latuisse, cū tam  
q[uod] ac celebri in loco paterent. Eodem autem loco  
di genere usus est & Plautus in Trinummo:  
Et atque non est mibi in manu Megaronides.  
Quin dicunt, non est. meritò vt ne dicant, id est.

Emendati ē Trinummo Plautina loci dsa.

CAPVT XIII.

F A C T A me Trinummi mentio admonet,  
signem ex ea locū emendem: in quo & veram  
peram collocati sunt, & personarum nomina  
non suis posita, & depravati versus, & denique  
vix. Nolo autem otium, quo minime abundo,  
bus verbis consumere. tantum proponam locum  
sum, ita vt mihi legendus videtur:

P H I L T.

Non edepol tibi pernegare possum quidquam quod vila  
Cui egestatem tolerare vis: loquere audacter pati.

L Y S I T E L S.

Lesborico huic adolescenti, Charmide huius filio.  
Qui illic habitat. P H. qui comedit, quod fuit, quae  
fuit?

L V. Ne opprobra pater. eueniunt multa homini que  
que ne vult.

Sapientia etas condimentum est: sapientia etati cib.  
P H. Menire edepol nate. atque id nunc facis ha-  
suetudine.

Nam sapiens quidem pol ipse singit fortunam sibi.  
Nulli que ne volt eueniunt, nisi sicut malus fieri.

Multa est opera opus ficturæ, qui se fictorem probum  
agenda esse expedit, sed hic admodum adolescentulæ.  
Non estate, verum ingenio apiscitur sapientia.  
a fuit quod eloquere, quid dare illi nunc vis? L. v. nihil quid-  
quam pater.

modo ne me prohibeas accipere, si quid det mihi.

Quod autem ait Lysiteles ad excusandum sodalem,  
sapientiam esse condimentum etatem, & sapientiam etati ci-  
vium, hanc sententiam habet. Quidam cili sunt, qui  
concentes quidem non sunt esui; sed reponi solent in  
longam visionem, & muria aut acero, aut sale, aliisue  
conditi. mitescunt autem, ac concoquuntur  
onter, & ad vescendum utiles fiunt. sic sapientiam  
& virtutem in iuuenibus immaturam esse: procedente etate  
nomina conditi ac mitigari, quasiue maturescere. In eadem  
denique etiam fabula iocularis quidam versus qui à Stasimo  
undo, paucumtatur, & corruptè legitur, & malè explicatur.  
in locum Lambinus hoc modo:

Cana hac annona est, sine sacris hereditatib.

Esponit, Cœna hæc est iustar annona. At Lipsius  
Cana hæc an non est? Ego veterem scriptu-  
retineo:

Cana, hac annona, est sine sacris hereditatib.

Et autem, bac annona, ablatiuus, vt grammatici vul-  
go loquuntur, absolutus; & hoc significat, bac annona  
suntate quæ nunc est. Sic alibi:

Mirum est lolio vicitare te, tam vili tritico:  
cum triticum tam vile sit.

Vitata quadam apud Livium, in quibus ipse sibi pugnare  
videt potest. CAR. X. I. I. I.

Lvi historiarum scriptoris disertissimi ac co-  
piosissimi errores quosdam notauit olim Lauren-  
tius

tius Valla, vnum etiam homo eruditissimus mitius  
amicissimus Carolus Sigonius, qui hoc tempore tam  
in Liuij annalibus praestitit, quantum vix sperare  
erat. Supersunt & alij, quos notare non ab re fuisse  
incendatur scribentium industria; & vt intelligamus  
maiis quiddam esse, quam vt ab homine  
praestari queat. Libro igitur annualium quanto  
argumentis docet, errare eos, qui tradunt A. Co-  
nium Cossium tribunum militum, secunda opinatio  
Louis Feretrii templo intulisse. At eodem in libro Ma-  
ximilium dicentem facit, se eundem dictatorem  
qui ante Veientium Fidenatumque, adiunctis Fal-  
ad Nomentum exercitus fuderit: & magistrum ex-  
tum A. Cornelium eundem in acie fore, qui priore  
tribunus militum, Larte Tolumnio, & rege Veientium  
in conspectu duorum exercituum occiso, spolia  
ma Louis Feretrii templo intulerit. Ne illud que-  
defendi posse arbitror, quod libro nono in laude  
L. Papirio Cursore ita scribit: *Haut dubie illa etate  
nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo  
innixa res Romana staret: quin eum parem desinat  
mis magno Alexandro ducem, si arma, Asia perdonata  
Europam revertisset.* At paulo post ait, se arbitramur  
Xandrum ne fama quidem Romanis notum fuisset.  
Quomodo igitur L. Papirium, quem ei opponens  
animis destinare potuerant? Sed & illud recte accedit  
notauit Glareanus, manifestò eum sibi pugnare  
Hannibalem, quicquid puberem Hasdrubalis inter  
accersitum scribit, cum ex ipsis Liuij verbis necesse  
sit colligatur, Hannibalem eo tempore anno pa-  
minus viginti tres natum fuisse. Qua etate qui in  
tutore egere dicat, ipsem curatore potius indi-  
catur, videoatur.

Cur rideatur *Affa* nutricibus dici solitum. Emendatus quidem Varronis locus.

C A P. X V.

Quod Nonius *affas* nutrices olim vocatas esse scribit, quia affint eis quos nutritant, id quam verum videbimus. Fortassis enim verius est esse à Græco *τάρανθης τέλος, οὐλα, τὸ γένετα, τροφίων, τὸ πάππα,* n. A. C. *τριτονός, αστραφούς*, ait Eustathius. Sed quod hominum eruditus putat, se apud ipsum Nonium eius vocis exemplum reperisse in exemplo Varrotis ab eo adducto, cum verbi *Betere* notionem explicat, de eo mihi quidem longè aliter videtur. Verba Varronis in verbis libris ita scripta sunt: *Affanos multos quodd ea non poterat mulier, eum betere foras iussit.* quæ is, Veientum dico ita emendat: *Affæ non multo post, quod ea parvæ non poterat mulier, eum betere foras iussit.* & tamen ibi affam vobari non nutricem, sed obstetricem. Quod si admitteremus, nō tamen dicendum esset, remen exemplum eius quod Nonius dixerat; sed rem tam aliam significationem nominis *Affa*, quæ ipsum quoque latuisset Nonium, neque usquam à veteribus solita esset. Id autem quam credibile sit, non disputum mihi certè nondum displicer, quod de illis Varro's verbis iampridem existimau: ea pertinere ad Sp. Carnilium, qui primus Romanorū vxorem repudiascitur, non quod eius mores aut ingenium parum probaret, sed quod coniugem se velle diceret liberorum quærendorum gratia: illam autem sterilem esse. Logo igitur hoc modo: *A se annos multos quod capare non poterat mulier, eam betere foras iussit.* Erat enim hoc quoque verbum usitatum in regudijs. Cicero: *Claues arietum foras exegit.* Martialis: *Vxor vade foras, aut moles vice nostris.*

Emendatio

Luxori  
lectione

III  
5

Emendati complures variorum scriptorum loci in qua  
librarijs eodem modo peccatum erat.

## CAPUT XVI.

**A**d medicinam melius & certius factitando  
non mediocriter vtile est, scire, quibus in re-  
is qui ægrotat, peccare solitus sit: quo & caussa non  
facilius reperiatur, & ad eam medendi ratio ac-  
modetur. Sic & ijs, qui se veterum scriptorum  
medicos quosdam esse profitentur, nosse expedit  
bus potissimum modis veteres librarij peccare  
sint, ut latentia hulcera quæ in optimis quibusque  
scriptoribus inueterarunt, sagacijs deprehendant. In  
cetera igitur sanè multa genera depravationū  
aduerri, solitos eos, si quando vetustioris libri,  
quo aliquid descriebant, scripturam satis certo  
liquidò perspicere non poterant, debitabantque  
an illo modo scriptum fore, aut si quando aliud  
alijs exemplaribus scriptum reperiebant, vitrum  
ponere, & lectorum iudicio permittere; vitrum ven-  
videtur. Eo modo, vix credibile est, quam mul-  
optimis & nobilissimis quibusque scriptoribus  
culata sint. Libet eius rei aliquot exempla propon-  
vt ab alijs quoque alia consimilia notentur. Apud  
nophontein libro primo Anabaseos ita legimus:  
σπάτευμα ὁ σῖτος ἐπέλιπε, καὶ πριεδυτὴν λί, τὸ μὲν τὸ  
δία ἀγροφ, ἐν τῷ Κύρου Βαρβαριῶ, τοῦ κατὰ λίαν αἰχ-  
αλφίτων, τεττάραν στύλων. vbi qui diligenter attende-  
facilè videbit, legendum tantum esse, τοῦ κατὰ λίαν αἰχ-  
αλφίτων. Apud Aristotelem libro primo De arte dice-  
Ανάγκη συλλεγεῖζεν διέπαγοντα δεκτινὰς ὄμοις ἡ τρί-  
vbi frustrā se torquet Victorius. illud enim ἡ τρί-  
planè delendum est: quod ego cùm iam pridem con-  
fecilimus.

item, confirmatus sum in sententia, auctoritate  
Hilicarnassei, qui hunc locum ita citat, ut illam libra-  
torum ~~agendum~~ non agnoscat. Apud Ciceronem in  
Academicis: & veluti amantes Socratem. vbi docu-  
mentum, & iam ante Socratem. Apud Liuum libro  
in libris à doctissimo Siganio emendatis:  
Quod illud potius agendum, atque eis cogitandum sit, si quo-  
cato acci-  
tum est, ne qui socij à populo R. desciscant: & non  
expedit, & antiquam societatem respiciat. Libri autem  
recare sibi habent: Documentum aut ducant, statui opor-  
tibus, ut non nocitum. Ita igitur emendo eum locū quem  
adant. Invaluablem esse pronuntiauit Siganus. Primum il-  
lou, anno, Documentum aut ducant, aio librarij esse, viro mo-  
ris libri, scriptum esset, a bigentis. Deinde illud, & non vo-  
lenti factum esse ex eo, quod paulo post sequitur non  
antiquum, & possum loco non suo. Quibus positis ita  
do aliud. Documentum statui oportere, non nocitum, si quis  
, vitrum, & antiquam societatem respiciat. Est autem op-  
eratum venientia & grauissima sententia, & Thucydidea: οὐτε αὐτόν  
in multis usus οὐτού τοις ἔτοσάπον, οὐτε εἰς μεταγγώναι. Apud  
oribus aecam libro primo De beneficiis: Ergo & Mer-  
proposita stat, non quia beneficia ratio commendat  
Apud  
gimus: in quia beneficia commendat oratio. Apud eundem  
capite xxxii. Ego verò viar via veteri: sed si prio-  
remque inuenero, hanc muniam. Libri ve-  
ntendem  
centur, sed si priorem vel planiorem. Ego, sed si planiorem  
inuenero. Apud Plinium capite xxi. libri xxi.  
te dicere, miraculi gratia Tiberio principe in senecta iam  
atque etiam alias saeo, sed ipsa iumenta ad meorum  
fuerat. Totum illud, atque etiam alias saeo; de-  
dem capite. Apud eundem capite iii. libri xxvi.  
d Absti-

Lectio  
Sectione

*Abstinentiam cibi, alias vini. Dele illud, alias viu. dicit enim ~~autem~~. Apud Tacitum libro x i. ab excessu Diui Augusti: *ut sacrificates vel insanientes Bacche. Vnum nosi facilè dixerimus: alterum certè παρέλει. Apud eundem libro x i i i. Audiretur hinc Germanici filia, iudicilis rursus Burrus. Liber vetus: inde deutilus rursus aut burrus. legendum, inde debilis Burrus. debilem autem cat, quia trunca erat manu: ut statim subiicit. Apud eundem libro x i i i. Per insidias seruiles, quam non prohibuit, aut prodidit. delendū illud, aut predidit. Aut Plutarchū in Thefeo: ἐπεισεγεντὸν οὐ δινάμεται πονηρεῖς. delendum illud, οὐ δινάμοτε, Parcam pli congerere: ne ipsa copia lectoribus molesta sit.**

*Rectè scriptum à Donato, his verbis, Hoc age, f  
lentium & attentionem imperari.*

C A P V T X V I I .

**D**ONATVS in Phormionem Terentij scriptum  
hoc loquendi genere, hoc age, silentium immo-  
rari. Gabriel Faernus, homo Latinæ quidem  
non ignarus, sed Græcæ profsus expers: neque hoc  
trahendi studio dico: ita esse sciunt, quibus ille ob-  
fuit: neque id ipse diffitebatur: ne poterat quider-  
igitur hoc, quia nusquam alibi legerat, ferre na-  
tuit: & vt erat ingeniosus, confugit ad illud suum  
diceret in veteribus libris Terentij scriptum fuisse  
**age** *st.* sed vnam aut alteram litteram etiam  
& verba illa Donati ad illud *st.* non ad verba  
**age** pertinere. Credo hoc acutè excogitatum esse  
agnosco ingenium hominis, non tantum quid in  
tutis exemplaribus scriptum esset, legere soliti  
diuinare etiam quid *Celetum* fuisse. Sed quia tan-  
sum, quam ut illam tantam celeritatem ingenij  
podam  
nuit, quod  
aperier  
de autem  
immuni-  
tate. E  
pon neg-  
argumen-  
gumen-  
perio h  
taletius  
Vnglia  
esse aic  
egantur  
cum en-  
sciuus

sequi possim: continebo me intra septa, & contentus  
etius quæ ab aliis confirmata reperio. Videor autem  
legisse, in sacris imperari solitum silentium his ver-  
bo-fanere linguis. & Græcè σῆμα πάσι ἔστω λέπες. & eadem  
de causa clamari solitum, hoc age. & hoc puto dicere  
non malum auctorem Plutarchum in Numa: ἦν οὐχ οὐχιος  
τοιούτοις διατάξεσσι, οὐτε τοιούτοις ὀρθοῖς, οὐδὲν  
τοιούτοις, οὐτε τοιούτοις. Hoc igitur tenebo: curam legen-  
dia quæ erat sunt, perspicacioribus delegabo.

Confirmatum quod de Aristotele & Hippodamo in su-  
perioribus scriptum est aduersus frigidam defensionem  
eius qui quod ipsem ignorauit, aliis pro certo & explo-  
rato obtrudere voluit. CAP. XVIII.

SCRIPPERAM, non satis bona fide versatum Ari-  
stotelem videri in Hippodami rep. reprehenden-  
da: idque cognosci posse de quibusdam ipsius Hip-  
podami fragmentis quæ apud Stobæum extarent. Ex-  
istit, qui decennio post, Aristotelis defensionem sus-  
cepit: inquit eius rei historiam ignorasse diceret:  
ut hoc autem planum factutum, fideliter, ut docebat, se  
unum philosophum in toto illo negotio præsti-  
tisse. Expectabam igitur, ut ipse quoque se in suscep-  
to negotio fideliter præstaret: & quando me inani  
argumento usum dixerat; solidis ipse ac graibus ar-  
gumentis in mea opinione refutanda vteretur. Re-  
sponso historiam quidem nullam: argumenta autem  
malitia, ut ea dum refello, videar mihi cum Aenea  
Virgiliano persequi tenues sine corpore vitas. Alium  
autem ait Hippodamum, cuius multa apud Stobæum  
sequuntur, alium qui ab Aristotele reprehenditur. Il-  
lum enim italicum, hunc Misenium fuisse. Vellem  
succinctius veteris scriptoris testimonium protulisset, à  
d 2 quo

Interpretatione

quo horum duorum Hippodamorum Milesij & Iuli  
lici, quorum vterque optimæ reip. speciem informa-  
set, mentio fieret. Quamquam enim plurimum  
tribuo; non tantum tamen, vt satis sit, àrds sp. Ha-  
videlicet illa historia est, cuius ignoratione lapsus  
esse me dicit. Quæ si in ipsius ingenio delituerat, ne  
que à quoquā veterum prodita erat, qui, quod potest  
non ignorasse potui? At quia testimonia non sup-  
tunt, ab argumentis auxilium mutuatur. Hippodamus  
inquit, Aristotelis Milesius fuit. Fator: Stobai reu-  
existimare licet, Italicus, quod disciplina illius, & ser-  
monem Doricus, quo rititur, declarat. alter Hippodamus  
Ionicus usus fuisset. Miletus enim Ionie ciuitas fuit. Ne  
quidquam hac ratione concludi. Nam neque omnes  
qui Italicam philosophiam coluere, fuerunt gentes  
atque origine Italici: cùm Pythagoras eius discipulus  
auctor Samius fuerit: neque omnes Dorico sermonem  
scripsere. Empedocles certè Ionicè scripsit: qui in  
men Pythagoreus fuit: At alter, inquit, Hippodamus  
Ionicus usus fuisset. Miletus enim Ionie ciuitas fuit. Qui  
verò necesse sit, vnumquemque eius gentis lingua  
scribendo vti, in qua ipse natus est. Frustrà certasse  
septem vrbes de stirpe insignis Homeri, si vlla in hoc  
argumento firmitas esset. Neque ego puto ea ling-  
uīos Stagiritas, qua Aristoteles scripsit: aut, quā  
ārīmōrām scripsit Theophrastus, idèo ita locutus  
Ephesios. Petrum Bembum optimè Etruscè scrip-  
pit bonus in primis eius rei existimator Ioannes Cai-  
rat Bembus Venetus fuit. Quid autem verat, Hippo-  
damum, cùm Miletii quidem natus esset, seu diu na-  
tus in magna Græcia, in qua philosophia illa fio-  
bat, eius gentis sermonē scripsisse, non in qua natus  
esset, sed in qua viueret, & cui fortasse pouissimū  
scribo;

VAR. LECT. LIB. X I I I . 327  
siderer? Doriensis fuit Hippocrates, ait Aelianus: sed  
in Democriti gratiam Ionicè scriptis. Qui magis li-  
uerit Dorensi Ionicè, quam Ionico Doricè scribere?  
Hoc saltem admonere debuit ipsum, non minus acri  
iudicio, quam acuto ingenio præditum, ut non statim  
propterea duos Hippodamos esse concluderet. Ad-  
dit: *Quanto autem plura sunt, que iudicio Stobai, in scriptis*  
*Hippodami discrepant à sententiis Aristotelei, tanto*  
*facilius intelligere poterat, ipsos longè alios. Neque enim*  
*confundendum est philosophum ita perficiisse frontem, ut*  
*aperie mentiretur: præsertim eo tempore, cum omnes*  
*nullo negotio hoc redarguere potuissent.* Hoc loco arduam  
nihil & lubricam defensionem esse fateor. nam neq.  
de Aristotele, quem quanti faciam, norunt, quicum-  
que me norūt, quidquam sequius loqui velim: & ta-  
men tes ipsa subigit me, ut dicam, eum non nunquam  
apprehendens, um veterū paulo quam par erat, cupi-  
dinem fuisse. Plato ciuitatis salutem in eo positam  
eū dixerat, si quam maximē vna esset. Quād id so-  
lūsticē Aristoteles calumniaatus est? Nō liber de Ideis  
esse. Sed tamen non desunt ex ipsis Aristoteleis, qui  
Aristotelem in eis labefactandis non optima fide cum  
Platone egisse fateantur. Parmenidem quidem de-  
serit Simplicius, nihil Aristotelis auctoritate deter-  
minus. Et Platonis aut Parmenidis scripta non minūs  
a tempestate in manibus erant, quam Hippodami.  
Sed si duo Hippodami fuerant, quorum vterque de  
publica scriperat, cur eorum alterum Aristoteles  
selectatus est, alterum ne nominauit quidem? cūm  
preferent quosdam nominauerit, quorum nūsqam  
alibi memoria extat. An illud varius est, ex his duobus  
Hippodamis alterum Miletī, alterum, ut Palladēm ē  
quis, ita ex hominis eruditissimi cerebro Florentiæ  
scib-

d 3

natum?

Litterati  
ectione

natum? Et addit postremò: Quod autē Aristoteles fugit auit, eum, quem improbat, Milesium fuisse, putari debet id fecisse, ut distinguaret ab altero hoc, eodem nomine vocato, Pythagoreo. Non video, cur ita putari debeantur, nam enim à patria nominat, etiam ubi nihil opus est distinctione. ut cùm dicit, Τογύλας ὁ λεόντιος. Et littera primo cùm dicit: οἰον γε τὸ Θάλεων Μίλειον, non cognoscit Milesium dixit, vt cum ab aliquo Thalete italicum distingueret. Illum igitur & lusor Hippodamus omittam: pertinaciūs contendenti occinam,

— Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντα εἰσὶν, εἰσὶ δὲ τὰ

D litteram vocibus in vocalem desinentibus antiquis interdum addi solitam. Et eius rei proposita aliquot exempla.

## CAPUT XIX.

**A**LATINIS veteribus concussum vocalium non amantibus fieri sèpe solitum, ut voces in vocalem desinentibus adderent litteram D, non maximè, cùm subsequentis vocis prima littera vocalis esset, notum est & ex Fabio, & è fragmento columnæ rostratæ C. Duillio positæ, quod è foro superioribus annis erutum, nunc in Capitolio visum. Atque idem obseruatam est in iungendis verbis, ex re & eo, redeo: ex re & emo, redimo: ad eundemque modum pluriima. Sed & mederga, tederga, sederga, sedegas, ita frequenter apud Plautum leguntur; ut usque inini ignota esse possint. Superessent & in posteriori scriptoribus multa eius consuetudinis vellentes nisi per errorem oblitterata essent. Nam & apud Cætullum planè ita legendum: At tu Catulle obfirmus obdura. quod ex me in sermone familiariter auditum probauit Turnebus: & apud Horatium duo loci sunt

huius vetustæ consuetudinis ignoratione depravata. Nam & libro tertio Carminum, vbi vulgo est,

vos o pueri & puella

Iam virum experte male ominatis

Parcite verbis;

Ex quo alij fecerunt, malè nominatis: plerique veteres non habent, maledicenti nominatis. quod ut verum est, & libro primo Epistolarum:

Omnem credere diem tibid illuxisse supremum.  
Ex quo factum est, tibi diluxisse. Est autem ita locutus Horatius, vt Liuius in illo: Hic spacio vltimus dies P. Scipioni illuxit. Apud Plautum quoque in Ru-

deme, in extrema fabula, vbi vulgo ita legitur:  
Tibi propinco decuma fonte: tu tibi inde, si sapis.

Non habeo dubium, quin ita legendum sit:

Tibi propinco ecum à fonte: tu tibi inde, si sapis.  
Anquani enim Conseruo propinat: & eum iubet vi-

vnum sibi ipsum miscere. Quin etiam lib. x l i i . Di-

gellorum, sub titulo, Ne quid in loco publico vel iti-

terea fiat, vbi legitur: Idem auct. si odore solo locus pestilen-

cia fiat, non esse ab re de ea interdicto vti: legendum

est, non esse ab red eo interdicto vti.

Essentiae nomen à Cicerone nouatum esse. Emendatus

Seneca ex epistolis locus. CAP. xx.

MAGNA M saeculo suo laudem consecutus est & dicendi facultate, & philosophiae scientia & gra-

tuitate morū Set. Flavius Fabianus: multaq. de eo cum

multum locupletissimus testis Seneca honorificentis-

fime scripsit. Is cum philosophiam ciuitate donare

vellet, multa vocabula nouauerat: neq. eniā aliter fie-

ri poterat; cum in Græco quoque sermone, qui Ro-

mano immensum quantum copiosior est, veteres illi

necessè habuissent multa proculdere. Putabatur enim  
primus, quam Græci *vsiām* dicunt, eam Latinè *flātiām* nominasse. Ita certè Quintilianus credit, quod  
libro secundo, cùm rhetoriam à quibusdam Lat.  
loquentibus orationem aut oratricem vocari dimitteret  
& hæc, inquit, *interpretatio non minus dura est*, quam  
*Flātiā effentia*. & libro tertio: *vsiām*, quam Flavius *flātiām* vocat, neque sane aliud est eius nomen Latinum. &  
bro octauo: *Multa ex Græco formata noua*, ac plurimam  
Ser. Flavio: quorum dura quedam admodum videtur, n  
ens & effentia, que cur tantoperè aspernemur, nihil vide  
ris quod iniqui iudices aduersus nos sumus: ideoq[ue] pugna  
tate sermonis laboramus. Primus tamen eam voca  
finixerat Cicero: sed quod eam Fabianus primus vi  
truiisset, quodque alias multis fabricatus esset, hinc  
quoque otigo ad eum referebatur. Sed eam Cicero  
vindicat Seneca epistola L 1 x. nisi quod locus coru  
ptus, ne id vulgo animaduertatur, impedimento ei  
Ita enim legitur: *Cupio si fieri potest propitiis auribus et*  
*quid sentiam dicere. sin misus, dicam & iratis.* Cicero  
nem auctorem huius verbi habeo, puto locupletem.  
Si recentiorem queraris, Fabianum, disertum & elo  
quentem, orationis, etiam ad nostrum fastidium n  
dæ. Sed pro illo. *quid sentiam*, omnino legendum est  
*effentiam*. alioqui enim cuius illos verbi habere se  
atores diceret? Idque manifestò declarant, quæ statim  
sequuntur: *Quid enim fiet mi Lucili?* quomodo dicitur  
OTΣΙΑ, res necessaria naturam continens, fundamen  
tum omnium? Rogo itaque permittas mihi hoc verbo  
vti. Quanquam autem res aperra est, ne quis tam  
calumnietur, alium testimoniū in eam rem dabo. Is est  
Sidonius Apollinaris: cuius hæc sunt ex epistola quo  
dam ad Polemium: *Lecturus es hic etiam nouum vo  
rum sibi*

VAR. LECT. LIB. XIII. 325

325

... id est, essentiam. sed scias hoc ipsum dixisse Cicero-  
m. Nam essentiam, nec non & indolentiam nominauit, ad-  
duo: Licer enim nouis rebus noua nomina imponere. & re-  
st dixit: Nam sicut ab eo quod est, verbi gratia, lape-  
re & intelligere, sapientiam & intelligentiam nomi-  
namus regulariter, & ab eo quod est esse, essentiam  
non taceamus. Iam igitur qui ad Nizolij epulas bel-  
laria inferunt, essentiae nomine auctiorem eius librum  
faciant licet. Indolentiam, me quidem auctore, non ad-  
dant nam & apud Sidonium ipsum indolentiam legi-  
abite arbitror.

FINIS.

APPROBATIO.

*In hoc Variarum lectionum volumine nihil  
repertum est, quod fidei sinceritati ac in-  
tegritati contrarietur.*

Walterus vander Steeghen S. Theologæ Licentiatus, & Ecclesiæ Antwerpensis Canonicus.

d 5

## INDEX